

Testo

Plinio, *Epistulae*, IX 6

1 Omne hoc tempus vacationis inter *pugillares** ac libellos iucundissima quiete transmisi.
2 “Quemadmodum” inquis “in urbe potuisti?”. Circenses erant, quo genere spectaculi ne
3 levissime quidem teneor. Nihil novum nihil varium, nihil quod non semel spectasse suffi-
4 ciat. Quo magis miror tot milia virorum tam pueriliter identidem cupere currentes equos,
5 insistentes curribus homines videre. Si tamen aut velocitate equorum aut hominum arte
6 traherentur, esset ratio nonnulla; nunc favent *panno***, pannum amant, et si in ipso cursu
7 medioque certamine hic color illuc, ille huc transferatur, studium favorque transbit, et
8 repente agitatores illos, equos illos, quos procul noscitant, quorum clamitant nomina,
9 relinquunt. Tanta gratia, tanta auctoritas est in una vilissima *tunica****! Mitto apud vulgus,
10 quod vilius tunica; sed apud quosdam graves homines Quos ego cum recordor, in re inani,
11 frigida, assidua, tam insatiabiliter desidere, capio aliquam voluptatem, quod hac voluptate
12 non capior. Ac per hos dies libentissime otium meum in litteris colloco, quos alii
13 otiosissimis occupationibus perdunt. Vale.

* *pugillares*: tavolette per scrivere appunti che si tenevano in un pugno (*pugnus* => *pugillaris*)

** *pannus*: il panno, la maglia delle diverse squadre del circo

*** *tunica*: lo stesso che *pannus*

Esercizi (B1)

1.Scegli il riassunto che ti pare più appropriato (1 risposta giusta)

- A- Plinio, avendo già assistito in passato ai giochi del circo, ora se ne tiene lontano guardando con ammirazione il comportamento di chi vi prende parte da spettatore
- B- Plinio, pur non avendo mai assistito in passato ai giochi del circo, guarda con curiosità e stupore il comportamento di chi vi prende parte da spettatore
- C- Plinio, avendo già assistito in precedenza ai giochi del circo, ora se ne tiene lontano guardando con stupore il comportamento di chi vi prende parte da spettatore
- D- Plinio, pur non avendo mai assistito in passato ai giochi del circo, guarda con disgusto e disprezzo il comportamento di chi vi prende parte da spettatore.

2. Vero o Falso (soglia superamento 4 su 6)

1. In hac epistula Plinius magis litterarum amantem quam circensium se ostendit.
2. Qui circensibus delectantur (dicit Plinius) eos equos amant, qui pulchri et velocissimi sint.
3. Qui equorum et curruum certamina spectant non tantum pannum amant, sed etiam certantium artem et velocitatem.
4. Plinius non solum plebem, sed etiam graves homines, qui circenses spectantes tempus terent, valde despicit
5. Cum certantium colores in medio certamine hinc illuc transferuntur, spectatores quid fiat non animadvertisunt, sed semper eosdem aurigas incitant
6. Plinio ludos circenses semel vidiisse satis esse videtur

3.Lessico (soglia superamento 8 su 10)

- *vacationis* (r. 1)

- a.esonero
- b.vacanza
- c.assenza
- d.esenzione

- *identidem* (r. 4)

- a.sempre
- b.ugualmente
- c.parimenti
- d.unicamente

- *ratio* (r. 5)
 - a.calcolo
 - b.misura
 - c.motivo
 - d.regola
- *agitatores* (r. 7)
 - a.persone che inseguono
 - b.persone che guidano
 - c.persone che spingono
 - d.persone che fanno il tifo
- *noscitare* (r. 8)
 - a.intendere
 - b.comprendere
 - c.apprendere
 - d.riconoscere
- *gratia* (r. 8)
 - a.riconoscenza
 - b.ringraziamento
 - c.favore
 - d.bellezza
- *auctoritas* (r. 8)
 - a.potere
 - b.garanzia
 - c.importanza
 - d.esempio
- *mitto* (r. 9)
 - a.mando a dire
 - b.diffondo
 - c.tralascio
 - d.rifiuto
- *graves* (r. 9)
 - a.molesti
 - b.pesanti
 - c.severi
 - d.seri
- *inani* (r. 10)
 - a.infodata
 - b.falsa
 - c.fallace
 - d.senza valore

4.Analisi connettivi etc. (soglia superamento 4 su 5)

- L'uso di *quo magis* dipende dal fatto che
 - a) Plinio preferisce *pugillares ac libellos*
 - b) c'è una grande affluenza al Circo
 - c) i ludi Circensi sono monotoni
 - d) i ludi non gli piacciono
- *nunc* in questo contesto equivale a
 - a) *sed*
 - b) *nostro tempore*
 - c) *itaque*
 - d) *nam*
- a quale parola si riferisce *ille*
 - a) *pannum*
 - b) *certamen*
 - c) *color*
 - d) *favor*
- l'antecedente di *quorum* è
 - a) *agitatores et equos*
 - b) *studium favorque*
 - c) *cursus mediumque certamen*
 - d) *nomina agitatorum et equorum*
- *quos* si riferisce a
 - a) *agitatores*
 - b) *illos equos*
 - c) *circenses ludi*
 - d) *graves homines*

5.Parafrasi (soglia superamento 11 su 15)

Omni hoc tempore vacationisiucundissima quiete“.....” inquis “in urbe tibi?” Circenses erant, quo genere spectaculi Nihil novum nihil varium, nihil quod non.....spectasse sufficiat. Qua de causa quod tot milia virorum tam stulte identidem cupiunt certamina currentium equorum et aurigas videre. Si tamen aut velocitate equorum aut hominum arte tenerentur, ratio intelligi posset;favent panno, pannum amant, et sihic color illuc, ille huc transeat, studium favorque pariter transferetur, et repente agitatores illos, equos illos, quos etiam noscitant, quorum invocant nomina Tanta gratia, tanta auctoritas in una vilissima tunica est! apud vulgus, quod vilius tunica scimus esse, sed etiam apud quosdam multae auctoritatis viros; de illis, qui eos re tam inani quae delectamenti, tam insatiabiliter gaudeant, mihi ipse gratulor et gaudeo, cum illa re non gaudeam. Ac libentissime hoc otium in litteris colloco, quod alii otiosissimis occupationibus terunt. Vale.

- a) cum cogitem
- b) delectatus sum
- c) deserent
- d) dum currunt
- e) haec facultas fuit
- f) legendo et scribendo
- g) minime trahor
- h) ne dicam
- i) nihil afferat
- l) valde obstupesco
- m) at contra
- n) e longinquo
- o) nunc
- p) quomodo
- q) una tantum

6.Trasformazione (soglia superamento 4 su 6)

- a) Cum Circenses Plinius tempus vacationis inter pugillares ac libellos iucundissima quiete transmisit.
- b) Miror quod tot milia virorum tam pueriliter identidem currentes equos, insistentes curribus homines videre.
- c) Miror qua ratione tot milia virorum tam pueriliter identidem currentes equos, insistentes curribus homines videre.
- d) Cum autem faveant panno, pannum ament, si in ipso cursu medioque certamine hic color illuc, ille huc transferetur, studium favorque
- e) Favent panno, pannum amant adeo ut, si in ipso cursu medioque certamine hic color illuc, ille huc transferatur, studium favorque
- f) Per hos dies libentissime otium meum in litteris collocavi, cum alii otiosissimis occupationibus

Cicero, ad M. Marium, familiarem suum

Verte

Si te dolor aliqui corporis aut infirmitas valetudinis tuae tenuit, quominus ad ludos venires, fortunae magis tribuo quam sapientiae tuae; sin haec, quae ceteri mirantur, contemnenda duxisti et, cum per valetudinem posses, venire tamen nolusti, utrumque laetor, et sine dolore corporis te fuisse et animo valuisse, cum ea, quae sine causa mirantur alii, neglexeris. Omnino, si quaeris, ludi apparatissimi** sunt, sed non tui stomachi, Coniecturam enim facio de meo: quae popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent. Sunt venationes*** binae per dies quinque, magnificae - nemo negat - sed quae potest homini esse polito delectatio, cum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur aut praeclara bestia venabulo**** transverberatur? Quae tamen, si videnda sunt, saepe vidisti, neque nos, qui haec spectavimus, quidquam novi vidimus.*

* *sin* = se invece

** *apparatissimi* = ricchissimi, di gran pompa

*** *venationes* = giochi che prevedono l'uso di animali

**** *venabulum* = arma da lancio

Responde (min. 10 verba)

1. Cicero idem sentire quam Plinius videtur. Quibus verbis eandem opinionem se habere ostendit?
2. Quid scit Cicero de M. Marci valetudine?
3. Quid de hac multitudine Cicero dixisset, si eam vidisset?

